Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35426
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

est maius qui ex corde di
mittit. quod in nos quisque
peccavit. Minus enim bonum
est. ergo cum benivolum sunt
esse beneficium exhibere. quanti
mihi malum fecerit: sed id multo
grandius et excellentissime
bonitatis est. Ut inimicum dili
gas et ei quanti malum vult
semper bonum velis. Facias quo
que quod possis: audias di
centem ihesum. Diligite ini
micos vestros. benefacite hiis
qui oderunt vos. et orate pro
hiis qui vos persequuntur. Sed
quoniam perfectorum sunt ista fi
liorum dei. quo quidem se debet
omnis fidelis extendere et huma
num animum ad hunc effectum
orando deum secumque agendo
luctando perducere. quia hoc
tam magnum bonum tante
multitudinis non est: quantum

nos credimus exaudiri
cum in oratione dicitur. Dimitte
nobis debita nostra sicut et
nos dimittimus debitoribus
nostris. Tu autem domine: Lectio.
Si autem se invicem leserint. invi
cem sibi debita relaxare debent.
Quotidie in oratione dicimus
deo. Dimitte nobis debita
nostra. Proculdubio spon
sionis huius verba implentur. si
hec quando ita perficit. ut
esse diligit inimicum. tamen quando
rogatur ab homine. qui peccavit
in eum. ut dimittat ei. di
mittit ex corde. quia esse sibi
rogantem vult utique dimit
ti. cum orat et dicit. Sicut et
nos dimittimus debitoribus
nostris: id est. sic dimitte no
bis debita nostra rogantibus.
sicut et nos dimittimus debito
ribus nostris. Iam vero qui eum